

nec in calculum coalescant: non autem calculi in renibus, vel vesicā producti, indicium præbeant. An non si Hippocratis sententia hoc modo accipienda, velut experientiae consentanea, defendenda, præser-tim, si etiam Renum calculus sub-intelligendus. Vix est credibile id Hippocrati fuisse ignotum, quin potius ob consuetum ipsi Laconis-nūm non expressum, vel prout Galenus in commento suspicatur, à pri-mo Librario omissum.

Cum Galeno lingua Græca fuerit vernacula, & ejus, Idiotismus ad unguem cognitus, si ulla vel levissi-ma conjectura asseQUI potuisset, per ipsius aliu intelligendam urinā in vesicā subsistentem, ad salvandam aphor-i-smi Hippocratici veritatem sanè non

prætermisisset: Sed in commenta-rio fatetur, errorem in illo aphori-smo commissum, dupli ratione, vel quod Hippocrates dimidiam ser-monis partem neglexerit, vel quod primus librarius eam omiserit. Sive n. in vesicā, vel Renibus calculi ge-narentur, una cum urinis excent a-renoſa. Mihi admirationi, Autho-rem illum, istū Galeni locum vel nō obſervat̄, vel studiosē occultasse: velut suā opinioni repugnantem: sed prout oculus, in quem humor illapsus, non clarē videt, ita mens haud dextrē judicat, in quam cadit affectus, obſtante φιλοθυμίᾳ & mente ad paroða instigante.

An hæc non sint Rationi admo-dum consentanea, tue discretiori pensisanda committo.

EPISTOLA XXVI.

Admonitorium contra violenta purgantia.

DE Ichneumone mure Indico Plinius refert, ipsum ob insitam antipathiam cum Cro-codilo, in ejus ad littus maris apricantis, & hiantे rictu dor-mientis fauces, placide se insinuare & ventrem perforare, eruptione facta per alvum: haud secus valida pur-gantium genera citra naufragium & in-exiguā dosi ingesta, cum palato gra-za, ubi de potentia in actū deducta,

violentiam suam exerunt, Naturam turbando & instar carnificis, tor-menta admovendo, ut cum serotinā pœnitentiā & querelā ipsi ægri de-plorent, se aliorum suadela impul-sos, ad præstandum obsequium. Non autem ex Mercurio & antimonio solūm concinnata pharmaca, sed & ex scammonio conflata, haud beni-gniorem effectum, exerunt. Bonā si-de affero, mihi cognita utriusque sexus exempla, quibus diagridij cū

Yy 3

ſuplau-

sulphure licet præparati , & ut opinio correcti , grana 9, ad xiii. tantum, cum vino exhibita , eos in tantam hypercatharsin incidisse , ut de virtute periclitati & veriti , ne cum excrementis , ipsa etiam anima exterminanda.

Etenim ob insitam inimicam potentiam , naturam & facultatem expultricem vellicare & lacerare non desinit, donec cum vitiosis humoribus , etiam succi alimentales non raro excernantur. Quidam Medicus cuidam foemina primariae illius scamanii cum sulph. præpar. gr. xxi. hanc pridem prescripsit , tanta cum hypercatharsi illa ~~etiam~~ evanescere debilitata , ut vix se re-colligere quierit , cum magna querimonia . Cum ego ante 20. annos cuidam Advocato Ulmensi , corpore alijs sat robusto prædicto , essentia Scammonii grana x. tantum obtulisse , hypercatharsis sat gravis causata , percontanti de nomine medicamenti , cum respondisse , appellari scamponium , ille haud inscitè regessit , rectius Schelmonium (nebulonem intelligens) nuncupandum , ob exorbitantem operationem. Quare illa cum magnâ discretione ordinanda , præsertim si obtigerint. Naturae molliores ac delicatores. Videant consultores , ne dum aliorum palato gratificari intendunt , sui nominis famam & existimationem prostruant. Quamvis complures ægri delicatuli , non raro Medicos invitos , ad talia præscribenda sollicitent , modo Gulæ grata , si quis inistri evenerit , an non ipsis culpa imputanda potius. Si tam violentia , in gratiam palati ingerenda , ad minus opera danda , ne tantus fiat in dosi excessus , cum consultius , intra limites subsistere , quam ulterius vagari. Quin & diligens ratio habenda & respicienda cujusque ægri Natura , si immunis esse cupis à calaminiâ. De his fideliter admonuisse fortassis haud erit ingratum , ad circumspectius agendum & famam consulendum.

APPENDIX